



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1849**

III. Markgraf Otto vereignet dem Kloster Zinna den die Stadt Brietzen durchlaufenden Fluß die Nieplitz, am 13. Jan. 1301.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](#)

rei sunt fideles nostri Conradus de Reder, Hinricus de Wartenberg, Otto de Gladegau  
Advocatus et Dominus Johannnes de Alwischen et alii plures fide digni. Acta sunt hec et data  
Magdeburgi, anno Domini MCC<sup>o</sup> LXXXX<sup>o</sup>. XII. Kal. Decembr. per manum Domini Alwardi  
curie nostre Capell. et Notarii.

---

**II. Die Markgrafen Otto und Conrad verschreiben der Stadt Brielen zehnjährige Abgaben-  
freiheit, damit selbige sich mit steinerner Mauer umgeben möge, am 2. November 1296.**

Nos Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses et de Lands-  
berg, cum manifesta recognitione tenore presencium protestamur, quod viris prouidis et discretis Bur-  
gensibus civitatis Brizen libertatem donavimus a data presencium ad decennium duraturam, Ita quod  
tempore medio eorum civitatem muro lapideo circumdabunt, ut pendent et durante hac libertate nihil  
exactionis nec prorsus consagittationis in euentum aliquem nobis dabunt, verum ab omni inquietatione  
erunt liberi et exempti. Ne igitur hujusmodi libertatis concessio a nobis seu a nostris officialibus ulla-  
tenus irritetur, prefens damus scriptum sigillorum nostrorum appensionibus communitum adhibitis testi-  
bus Johanne de Sydou, Wernerio de Schwanenberghe, Raven nostro Marscalco, Bur-  
chardo de Kokstede militibus et quam plurimis aliis fide dignis. Actum et Datum Prinzlaue,  
anno incarnationis dominice M. CC. LXXXVI, in crastino omnium sanctorum, per manus domini  
Zacharie nostre curie notarii.

---

**III. Markgraf Otto vereignet dem Kloster Zinna den die Stadt Brielen durchlaufenden Flusß  
die Nieplik, am 13. Jan. 1301.**

Otto, Dei gratia Marchio Brandenburgensis omnibus hoc scriptum cernentibus perpe-  
tua pace gaudere, notum facimus protestando tenore presentium universis Christi fidelibus presentibus  
et futuris, quod venerabiles in Christo viri Dominus Abbas et conventus monasterii in Czinna Ci-  
stertiensis ordinis Brandenburgensis Dioecesis sibi a nobis cum consensu gloriofi principis Marchionis  
Conradi fratris nostri ac heredum suorum comparauerunt proprietatem fluvii civitatem Britzne  
pertransiuntis a prima ortu sui origine usque in sylvam que vocatur Havelbruch cum omnibus ri-  
uulis affluentibus, lignis, pascuis, areis desertis et non desertis ad ipsum pertinentibus ac molendinis  
nunc in eo locatis et in posterum locandis superius et inferius intus et extra civitatem, omnibus redi-  
ditibus prövenientibus ex eis cum utroque suo littore pleno jure. Preterea damus eis et confirmam-  
mus hujus proprietatis libertatem cum plenitudine omnis juris ita, quod neque super jure Burchwardi  
neque super jure Advocatie alicui Advocatorum nostrorum teneantur ulla tenus respondere. In cuius  
rei lucidum et evidens testimonium presentem paginam fratribus predictis tradidimus sigilli nostri mu-  
nimine roboratam. Testes sunt dominus Conradus de Redere, Dominus Conradus Rawen  
nostre Curie Pincerna, Dominus Otto de Rony et plures fide digni. Datum Wolmerstadt Anno  
gratiae M. CCC. Primo, Idus Januarii.